

67

Et habebant piscículos paucos. et ipsos benedixit. et iussit apponi. Et manducauerunt. et saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis. septem sportas. Erant autem qui manducauerunt quasi quatuor milia. et dimisit eos. FERIA S. MATH.

IN illo tempore. Circuibat ihs ciuitates omnes et castella docens in synagogis eorum. et predicans euangelium regni. et curans omne languorem. et omne infirmitatem. Uidens autem turbas misertus est eis. quia erant uexati. et iacentes. sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa. operarii autem pauci. Rogate ergo dnm messis. ut eiciat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis. dedit illis potestatem spirituum immundorum ut eicerent eos. et curarent omne languorem. et omnem infirmitatem. DOM. VIII.

IN illo tempore. Dixit ihs. S MATHEV. discipulis suis. Attendite a falsis prophetis qui uenunt ad uos in uestimentis ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum. cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas. aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona. fructus bonos facit. Mala autem arbor. fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. neq; arbor mala. fructus bonos facere. Omnis arbor quę non facit fructum bonum. excidetur. et in ignem mittetur. Igitur. ex fructibus eorum. cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi dne dne intrabit in regnum celorum. sed qui

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod1140/0139